



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. II. Communissima, & verissima sententia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

potentiam ad assensum, & potentiam ad dis-
sensum, divisim ponendos; & eodem in-
stati proponi possunt intellectui motiva op-
posita, quorum unum alliciat ad ponendum
assensum seorsim a dissensu; aliud ad po-
nendum dissensum seorsim ab assensu; ex-
gr. unum ut assermet, Licet pictura die
festo; aliud ut neget, Non licet pictura die
festo. Non habet autem intellectus proba-
bilitatem simultatis, quatenus nullum habet
motivum probabile alliciens intellectum ad
componendum simul assensum cum dissen-
su. Huius divisionis meminit etiam P. Eliz.
lib. 2. qu. 11. §. 6. pag. 100. sed adeo obli-
vitur, ut eum non assequar; clarius tamen
eam proponit lib. 2. quest. 8. §. 2. pag. mihi
88.

§. II.

Communissima, & verissima Sententia.

SUMMARIUM.

Non repugnat similitudo probabilitatis, repugnat
probabilitas simultatis; explicatur, n. 28.
DD. oppositi, n. 29.
Hinc inferi P. Eliz. questionem de licito usu ef-
se de subiecto non supponente, ibid.
DD. faventes, n. 30.
Eugennus ait, licitum inter speculativas sequi
minus probabilem, n. 31.
Merc. ait, posse quem disputationis gratia sequi
minus probabilem, stante probabiliori, n. 32.
Quid sit probabilitas simultatis, & cur repug-
net? n. 33.
Quid similitudo probabilitatis, & cur non repug-
net? n. 34.
Intellectus sentit se allici ab utroque fundamen-
to, dum utrumque ponderat, n. 35.
Quoties Doctores propriam non vocant certam,
regulariter putant oppositam probabilem, n.
38.
Egregium dictum M. Godoy in eos, qui opposi-
tam non putant probabilem, n. 39. 40. 41.
Falsum, quod ait M. Baro, quod D. Th. Dis-
cipuli eo probabilius ita sumant, ut ab oppo-
sita sententia omnem tollant probabilitatem,
n. 42.
Falsum, quod Doctores, dum oppositam impug-
nant, impugnent probabilitatem, n. 43.
Absurda opposita sententia, n. 44.
Abulensis ait, D. Hieronymum, & D. Augu-
stinum sepe inter se contradicere, n. 45.
Sixtus V. utramque opinionem, asserentem, &
negantem, Christum D. venturum, esse pietati,
fideri, auctoritatibus, & rationi consonam,
n. 46.
Non nisi temere dici potest, oppositam propriam
Tom. I.

non esse probabilem; cur? n. 47.
In Expositioribus Scriptura magna oppositio; in-
ductio, ibid.

Duo argumenta ad hominem contra P. Eliz.
dicentem, quod opinans, nec assermet, nec ne-
get absolute rem; & quod in Doctores con-
tradictibus nulla presumptio veritatis, n.
48. 49.

Quid significet id videtur mihi ita esse? Ibid.
Si utraque non potest simul esse probabilis, pote-
rit idiora, immo doctus nulli assentiri, n. 50.

Ex sententia contraria sequitur, ut quilibet de
sua semper bene, de aliena semper male pre-
sumat, n. 51.

Alia absurda, que sequuntur, si neutra opinio in
consortio alterius manet probabilis, a n. 52.
ad 58.

Probabilitas tollitur, vel a certitudine opposita,
vel a carentia gravis fundamenti; non autem
a probabilitate, fuse, a n. 53.

Constat inductione in questionibus Scholasticis,
& Politicis, n. 55.

P. Eliz. contradit, posse Theologum in Schola-
sticis eque probabilibus nunc hanc, nunc il-
lam sequi, n. 56.

Omnis opinio esset temeraria, quoties non est cer-
ta, n. 57.

Paritas Cathedrarum doctrinae opposita, que
utraque iudicatur probabilis ab Institutiori-
bus, n. 58.

Nulla est disparitas, cur in Moralibus non liceat
eligere inter eque probabiles, liceat in Schola-
sticis, n. 59.

Eque homo tenetur querere verum, ac hone-
stam, n. 60.

Rejicitur alia responsio, quod pars, cui quis ad-
heret, appareat probabilior; ex hoc enim ipso
inferitur utramque simul esse probabilem, a n.
61. ad 63.

Baro ait, quod rationes stantes contra fidem, sint
probabilissime, fortissime, & pene cogentes in-
tellectum; ejus contradictio, n. 62.

S. Tho. propriam de non consistendis circumstan-
tiis vocat probabilior, n. 63.

Ratio ex Immac. Conceptione, n. 64.

UNica conclusio: Implicat duas opinio-
nes contrarias, aut contradictorias esse
simul eidem intellectui probabiles probabi-
litate simultatis; non autem implicat esse si-
mul eidem intellectui probabiles similitate
probabilitatis. Id est, implicat, ut eodem
instanti in eodem intellectu componantur
assensus, & dissensus de eodem objecto ex
diversis motivis probabilibus; ita ut intelle-
ctus absolute assermet simul, & neget idem
objectum: non tamen implicat, ut in eodem
intellectu eodem instanti componantur per
modum

modum objecti duæ opiniones contrariæ, aut contradictoriæ, vel duo motiva probabilia opposita, allicientia ad assensum probabilem seorsim à dissentio, aut ad dissentium probabilem seorsim ab assensu ex imperio voluntatis ponendos.

N. Conclusio est contra Palanco *qu. 23. per totam*, & contra C. Pallav. quem sequitur P. Thyri. *dis. 7. §. 18. an. 100.* & contra Eliz. *lib. 2. qu. 11. per totam*, dicentem esse adeo evidens non posse eadem intellectui duplicem opinionem contrariam apparere simul probabilem, ut inde inferat questionem, an licitus sit usus opinionis practicæ probabilis pro libertate, data aliâ practicæ probabilis pro lege, esse de subiecto non supponente, quia numquam eadem intellectui possunt duæ opiniones contrariæ apparere simul probabiles. Vide, quæso, mi Lector, in quas P. Eliz. se conjiciat angustias; ut enim tucatur, non esse licitum usum opinionis minus practicæ probabilis pro libertate, stante aliâ practicæ magis, aut æquæ probabilis pro lege, negat rem aliâ evidentem, nempe posse eadem intellectui duplicem opinionem contrariam apparere simul probabilem: cum tamen debuisset potius utrumque affirmare, vel saltem affirmare secundum, & negare primum, ut faciunt reliqui Anti-Probabilistæ, quàm utrumque negare.

N. At nostra conclusio est adeo certa, ut eam 30. Doctores potius supponant, aut obiter indident, quam directe probent. Ita P. Valsq. *1. 2. d. 62. cap. 3. n. 16. & cap. 4. n. 16. & Lugo, cap. 6. n. 32. C. de Lugo d. 5. de Fide n. 16. & d. 10. n. 14. P. Perez. tr. de Just. d. 4. cap. 6. n. 139. P. Esparz. in Append. part. 2. art. 127. P. Sanch. lib. 1. Sum. cap. 9. n. 7. & 12. & cap. 10. n. 9. & alij sine numero apud, & cum P. Moy. Moya tom. 2. qu. 2. & 7. §. 3. & tom. 1. qu. 1. & 6. qui hoc fuisse probat; quibus addo P. Card. tom. 1. d. 6. cap. 5. & d. 15. cap. 4. & cap. 8. & tom. 3. d. 56. cap. 16. n. 824. P. de la Fuente, *dis. 1. n. 136. M. Godoy tom. 1. in 3. p. d. 6. n. 108. & 178. & d. 8. n. 48. & 49. qui propriam vocat probabiliorem, & oppositam probabilem; & tom. 2. d. 29. n. 129. ubi quærit, an Anti-Christus non tantum malorum hominum, sed etiam Dæmonum caput sit; & ait: Negat Caiet. alij Recentiores affirmant, & utrumque reputo probabile; M. Tapia passim tom. 1. & 2. Catenæ Mor. P. Terri. latè de Reg. mor. qu. 29. immo, quod caput est, ipsi Anti-Probabilistæ; ita M. Mart. qu. 84. in 3. p. de Pœnit. dub. 4. n. 35. pag. mihi 45. quærens, quæ verba sint de essentia abolitionis, relatis pro more dilucidè, & doctè utriusque sententiæ**

tam negantis, quàm affirmantis omnia hæc, *Absolve te a peccatis*, esse de essentia, ait: Recte tertia sententia, quæ mihi videtur probabilior, quamvis duæ præcedentes sint factis probabiles per principia intrinseca, & extrinseca; Fagnanus *n. 117.* supponit inter speculativas licere sequi non tantum minus probabiles, sed etiam falsas; ergo supponit manere probabilem; M. Baro *2. p. Manu. duct. d. 4. sect. 1. art. 3. §. 1. pag. mihi 355.* docet D. Thomam secutum fuisse minus probabilem, stante probabiliori in materia quantitatis; Riccius in elucubratione contra usum probabilitatum *cap. 1. n. 3.* ait: Assensus opinativus est cum formidine oppositi, non autem probabilis; nam duæ probabiles oppositæ possunt stare simul, & esse æquæ certæ; M. Mercor. *2. p. art. 3. pag. mihi 56.* apertè supponit posse utrumque contradictorium judicari probabile; & *2. p. art. 1.* rectè ostendit non posse intellectui opinari simul utramque partem contradictionis, quia implicat, ut intellectus credat utramque veram; dein ait, aliud esse judicare utramque partem contradictionis esse probabilem, aliud probabiliter assentiri utrique, ut docet C. de Lugo *d. 10. de Fide sect. 1. n. 14. & pag. 57. & 113.* Idem Mercor. affirmat, immo supponit utrumque contradictorium posse simul esse probabile, immo hoc loco *verse. Nota 2.* ait, posse disputationis gratiâ aliquem sequi partem minus probabilem, stante probabiliori opposita; Cand. Philal. præter ea, quæ infra dabimus, sepius nostram sententiam insinuat, licet aliquando sibi opponi videatur; nam *qu. 3. pag. mihi 52.* expressè dicit, quod intellectus judicare possit probabilem utramque partem contradictionis; & quidem simul, de cætero nihil probaret, nam assentiri vero, & falso potest intellectus divisim: ergo dum Cæcidus (ex quo plerique Anti-Probabilistæ pleno gutture biberunt) rectè distinguunt probabilitatem à veritate, affirmat utrumque contradictorium posse simul esse probabile, non utrumque simul verum; & utrumque judicium de probabilitate posse simul coexistere, non utrumque de veritate; & *qu. 6. a pag. 122. ad 129.* sæpe docet utramque partem contradictionis posse esse probabilem; nam *pag. 127.* ait: Utraque pars contradictionis est probabilis; licet enim res non possit, nisi vel esse, vel non esse, atque adeo propositio una debeat esse vera, altera falsa; attamen potest ex diversis medijs simul apparere, quod sit, & quod non sit; adeoque potest utraque contradictoria esse probabilis, seu probabiliter vera; nam opinionem esse

esse probabilem ait Candidus *qu. 7. pag. mibi*
123. non est nisi apparere veram, ex non le-
vi fundamento; potest autem utraque con-
tradictoria per diversa fundamenta apparere
vera, adeoque ab intellectu judicari proba-
bilis utraque. Hæc Candidus, qui *pag. 124.*
ait: *Res non potest nisi vel esse, vel non esse;*
licet utroque modo possit apparere, id est, si-
mul apparere esse, & non esse. Hinc dixi
Candidum expressè stare pro nostrâ senten-
tiâ, esto aliquando sibi contradicatur, ductus
fortasse argumentis, in quibus veritas, &
probabilitas confunduntur; & ideo dixit
pag. 140. Probabilis propositio cum opposi-
ta æque probabili non est probabilis, sed du-
bia, quia expensa cum æque probabili non
potest generare assensum probabilem; &
pag. 128. ad 139 ait, quod quoties utraque
contradictoria est æque probabilis, neutra
est simpliciter probabilis, quia neutra vincit
aliam. Sed mens Candidi infra exponetur.

P. Man. Addo P. Munestiam. 6. §. 12. n. 122.

N. Prima pars conclusionis omnem dubita-
tionis aleam excedit; quia si intellectus pos-
set simul unire assensum cum dissensu de eo-
dem omnino objecto, posset eodem instanti
affirmare simul, & negare idem objectum,
quod implicat: ergo implicat in eodem in-
tellectu pro eodem instanti probabilitas si-
multatis duplicis opinionis contrarie, aut
contradictorie; id est, implicat in intelle-
ctu, tam duplex probabilitas objectiva alli-
ciens intellectum ad componendum simul
assensum cum dissensu, quam duplex pro-
babilitas formalis, seu duplex opinio nixa
ijsdem motivis oppositis. Ratio à priori est;
quia implicat eandem rem simul esse, &
non esse: ergo etiam certò implicat, ut in
intellectu detur motivum alliciens intelle-
ctum, ut simul affirmet, & neget eam rem
esse, & non esse: ergo implicat in intellectu
potentia ad simul affirmandum, & negan-
dum rem esse simul, & non esse: sed si in-
tellectus posset simul unire duplicem opi-
nionem contrariam, tunc per assensum af-
firmaret, ex. gr. licere picturam die festo,
per dissensum negaret licere, adeoque ve-
rum esset, quod licita simul, & non licita
esset pictura die festo, quod implicat: ergo
implicat esse simul in intellectu duas con-
trarias, aut contradictorias opiniones pro-
babilis. Vide confirmationem paulò post
ponendam.

N. Secunda pars probatur 1. Dari in intelle-
ctu simultatem probabilitatis, est dari in in-
tellectu simul motiva allicientia intellectum
ad assensum divisivè à dissensu; vel ad dissen-
sum divisivè ab assensu ponendum: vel est
Tom. I.

dari in intellectu simul per modum objecti,
seu objectivè duas opiniones contrarias, aut
contradictorias probabiles; sed est evidens
hoc non repugnare; ergo est evidens non re-
pugnare simultatem probabilitatis pro eo-
dem instanti in eodem intellectu, ita ut utra-
que opinio contraria proponatur simul ut
probabilis. Maior est definitio simultatis pro-
babilitatis. Minor probatur: Est evidens
eundem intellectum, dum utriusque sen-
tentiae oppositæ fundamenta ponderat, si-
mul allici ad assensum seorsim à dissensu, &
ad dissensum seorsim ab assensu: rursus est
evidens sepe reflectere, quod utriusque si-
mul fundamenta sint gravia; quid enim ma-
gis familiare Philosophis, Theologis, & cu-
jusvis scientiæ Professoribus, quoties in ma-
teriâ Topicâ versantur, quam judicare sæ-
pe utramque opinionem contrariam esse
probabilem, & dubitare de alterutrius verita-
te? ut apertè fatetur P. Thyrsus *dis. 7. n. 26.* P. Thyrs.
ubi loquens de Magistris, dixit, *tam diu manere*
dubios, quam diu fundamenta earum apparent eis
æque verisimilia: ergo si intellectus manet du-
bious, utique utrumque motivum simul movet,
adeoque est simul probabile: ergo est evidens
in eodem intellectu stare simultatem proba-
bilitatis de utraque parte oppositâ, adeoque
duas opiniones contradictorias esse simul ob-
jectivè eidem intellectui comprobabiles.

N. Confirmo utramque partem conclusio-
nis: Simultas probabilitatis est simultas mo-
tivorum probabilium simul allicientium ad
assensum seorsim à dissensu, & ad dissensum
seorsim ab assensu: probabilitas simultatis
est simultas motivorum probabilium sua-
dentium rem simul esse, & non esse, adeo-
que suadentium ad componendum assen-
sum simul cum dissensu, & ad dissensum si-
mul cum assensu: sed quàm evidens est re-
pugnare simultatem motivorum suaden-
tium rem simul esse, & non esse, & ad assen-
sum simul componendum cum dissensu ejus-
dem objecti; tam evidens est non repugnare
in eodem intellectu simultatem duorum
motivorum oppositorum allicientium intel-
lectum ad assensum seorsim à dissensu, aut
econtra; hoc enim non est nisi, quod simul
in intellectu coexistent motiva opposita in-
clinantia ad affirmandum rem esse, vel non
esse; non autem est dari in intellectu motiva
opposita inclinantia ad affirmandum rem es-
se simul, & non esse; aut rem non esse si-
mul, & esse: ergo &c. Presto est exemplum
voluntatis, cui motiva opposita simul pro-
ponuntur ad amorem, & odium divisivè po-
nendum; immò amor, & odium possunt si-
mul proponi per modum objecti reflexi ipsi
volun-

voluntati, ut alium amorem scorsim ab odio, aut aliud odium scorsim ab amore eliciat.

N. Probatur 2. eadem 2. pars ex P. Moya, qui mira pro more sibi ingenito eruditione plurimos DD. recitatis fideliter verbis citat, & suadet *tom. 1. qu. 5. & 6. & tom. 2. qu. 2. per totam*, addens *n. 30.* eam esse indubitam apud omnes tam Antiquos, quam Modernos, uno, aut altero excepto. Fere omnes Doctores utramque partem contradictionis probabilem probabilitate conscientie putant, quoties propriam non vocant certam, & pro propria non habent evidentiam: ergo doctrina P. Eliz. asserens duas opinio-

P. Eliz.

N.

38.

S. Th.

III. God.

N.

39.

nes contrarias non posse simul esse probabiles probabilitate conscientie, est contra modestissimam, & ingentiam fere omnium Doctorum apprehensionem. Antecedens probari posset inductione; at pro omnibus satis erit Ang. Doctor, qui mihi instat omnium est; ait enim *1. p. qu. 66. art. 3. ad 2. & quodlibet. 6. art. 9.* probabiliorem sibi esse sententiam affirmantem Cælum Empyreum influere, & tamen sententiam negantem, quam olim in *2. dist. 2. qu. 2. art. 3.* secutus fuerat, probabilem vocat: & in *4. dist. 16. qu. 3. art. 2. qu. stunc. 5.* propriam sententiam de non obligatione confitendi circumstantias non mutantem speciem, vocat *probabiliorem*; ergo oppositam, quam ibi citat, supponit probabilem. Similiter Illustrii. Godoy, qui ab Ang. Doctore æqualem exquisitæ sapientie modestiam, & humilitatem hausit *tom. 1. in 3. p. in Prefatione*, habet hæc verba maximè meditanda: Aliorum placita, argumenta probativa, argumentorumque solutiones frequenter refero, & multoties impugno, non quidem, ut expungam, nec ut illa improbabilitatis convincam; neque enim adeo incis sententijs adhæreo, nec tantum in proprijs partibus mihi complacere, ut alienos fatui exhorream, illisque improbabilitatis notam injiciam; in quo plures deficientes reperiō (N3) proprias imaginationes eo cultu venerantes, ut scelus idolatriæ judicet, alienis præbere assensum, adeoque proprijs argumentis convictos, ut nullus in illorum intellectu ad aliorum sententijs assentiendum locus relinquatur. Quod ut meum iudicium proferam, (N3) ex ignorantia potius, quam ex ingenij celsitudine, & profundâ rerum penetratione, ut ipsi putant, procedit; dum ad pauca respicientes, demonstrativa judicant, quæ sæpe, nec topica sunt argumenta. Igitur non eâ mente aliorum sententias, argumenta probativa, & solutiones refello, sed ut prudens Lector, omnibus hinc inde perpenſis, sibi eligat, quod

meliùs censuerit, & quod verius judicaverit; etsi omnibus ex intimo corde exoptem; ut Angelici Praceptoris doctrinam non tam proprio comparatam labore, quam divinitus acceptam sequantur. Hæc vii nemini secundus. In cuius verbis nota 1. quod qui notam improbabilitatis alienis inurunt sententijs, & suis omnino desponsantur; peccant ex ignorantia, & potius inter ignorantes, quam inter Doctos numerandi sunt, immo hoc ipsum vitium ab ignorantia tamquam à radice pullulat. Nota 2. quod si sententia N. Theologica circa Incarnationem contro-
40.
versa, etiam pleræque in Scripturâ, Concilijs, Patribus fundentur, quamvis à M. Godoy M. God. sibi oppositæ impugnentur, adhuc non sunt ei improbabiles, licet eas plerumque impugnet argumentis ex Scriptura, Patribus, & Concilijs deductis, & rationibus eas auctoritates supponentibus, quâ ratione opiniones morales, quæ non nisi remotissimè fundantur in similibus sacris Litteris, & definitionibus, oppositæ opinioni propriæ, etsi à nobis impugnentur, erunt nobis non probabiles, aut improbabiles.

Nota 3. quod licet dicat, quod quisque N. eligat, quod sibi verius est, ad hoc tamen
41.
non obligat, immo suadet, ut quilibet doctrinam S. Thomæ sequatur, etsi alicui videri possit non esse verior. Utinam sicut M. Godoy plures in Scholasticam Theologiam doctissimos Commentarios edidit, eisdem in Moralem edidisset, erubescendum esset illis, qui quantum à modestiâ, tantum à sapientissimi Præfatis sapientiâ remoti, osculantur propria, & aliena, ut improbabilia, infamant. Hinc patet quàm fallum sit, quod ait Baron sæpe in *2. p. Manuduct. ad Mor. M. Bar. Theologiam*, singulariter *d. 2. sect. 4. pag. N. 42.* mihi 260. ait enim, *Comparativum illud (nempe probabilius) à S. Thomâ, ejusque discipulis usurpari, nec ullam relinquere contraria sententia probabilitatem, licet vi verborum non eripiant.* Ecce quàm inverſo modo M. Baro procedit; vult enim, quod quoties M. Cano, M. Bannez, M. Mart. M. Tapia, M. Godoy, & alij D. Thomæ discipuli vocant propriam probabiliorem, velint oppositam non esse probabilem; quod certè est evidenter falsum; tum quia sæpe oppositam vocant probabilem; tum quia Hispani Theologi non solent improprè loqui; tum quia D. Thomæ discipuli à S. Thomâ modestiam eque ac sapiëntiam hauriunt, nec, ut diximus, ex celebri M. Godoy adeo propriæ opinioni inhaerent, ut oppositam sibi non probabilem putent, cum hoc ignorantia indicium sit, quod de talibus viris somnare nefas est.

Nec

N. Nec dici potest, quod quilibet, impug-
 43. nans oppositam sententiam, impugnet ejus
 probabilitatem; contra enim est, quia hoc
 est æque falsum, ac falsum est quemlibet
 Doctorem propriam sententiam argumentis
 semper certis, & evidentibus probare; & op-
 positam argumentis semper certis, & evi-
 dentibus impugnare: immo quia certum est
 oppositas sententias non semper impugnari
 evidenti ratione, ideo, etsi illæ impugnen-
 tur, dici solent probabiles ab ipsis impug-
 nantibus. Quæro enim, an Thomista ex gr.
 impugnans Scotum abtulerit à Scoti sen-
 tentiæ probabilitatem? Utiq; negabitur: si
 ergo non abtulerit probabilitatem, adhuc
 44. Scoti sententia manet probabilis: quæro
 etiam, an sententia Thomistica in confertio
 oppositæ Scotificæ maneat probabilis? Uti-
 que concedetur; ergo jam conceditur utram-
 que simul esse probabilem: si enim utra-
 que simul non est probabilis, alterutra est
 certa, aut evidens, cum probabilitas non
 tollatur nisi per certitudinem, vel eviden-
 tiam, vel carentiam fundamenti gravis, ut
 dixi §. 1. *advert. 6.* ergo alterutra erit certa,
 nempe illa, quæ enervat probabilitatem al-
 terius. Modò peto, an certa sit sententia D.
 Thomæ, an Scoti? Si D. Thomæ, tunc om-
 nis sententia Scoti opposita D. Thomæ erit
 45. improbabilis: si Scoti, tunc omnis sententia
 D. Thomæ erit improbabilis, quod quis
 somniabit? Ergo evidens est utramque op-
 positam posse esse simul probabilem. Idem
 accidit D. Hieronymo, & D. Augustino,
 qui, ut ait Abulensis in *Defensorio part. 2.*
 cap. 8. *sibi interdum directæ, & formaliter in*
multis locis contradicunt; patet hoc primò, quan-
tum ad fidem septuaginta interpretum, &c. dis-
cordant etiam Hieronymus, & Augustinus in
Observationibus legalibus &c. Hæc Abulensis;
 & tamen quis insipientiæ damnabit Hiero-
 nimum, vel Augustinum? Ergo evidens est
 utramque oppositam posse simul esse proba-
 bilem. Idem contigit Pontificibus; aliquan-
 do enim idem Pontifex tamquam probabi-
 les approbat duas contradictorias, quod per
 specialem Bullam factum invenitur in cele-
 bri de Adventu Christi D. controversiâ, ut
 legi potest apud P. de la Fuente *diff. 1. n. 136.*
 & Saura de *Examine propositionum cap.*
 12. qui refert Bullam Sixti V. dicentis utrâ-
 que opinionem esse, *pietati, fidei, authorita-*
tibus, & rationi consonam; quæro igitur ab
 Adversarijs, quomodo, cum veritas sit una,
 possit utraque opinio contradictoria esse illi
 conformis? Rursus quæro, quomodo Six-
 tus dixerit utramque opinionem esse ratio-
 ni, & fidei consonam? vel enim dixit, quod

sibi videretur utraque rationi consona, & sic
 utraque simul erat Sixto probabilis; vel di-
 xit unam esse uni, alteram alteri intellectui
 consonam, & sic nihil dixit.

N. Nisi ergo temerariè culpæ velimus im-
 47. probabilitatis alterutram, vel ex Scholis, vel
 ex Universitatibus, vel ex Doctoribus op-
 posita docentibus, quod idem locum habet
 inter ipsos Ecclesiæ Doctores, qui sæpe in
 pluribus opponuntur; aliqui enim dicunt
 Christum D. cultro ferreo, alij lapideo, ali-
 qui die sabbati, alij alio die, aliqui a Deiparâ,
 alij a S. Joseph circumcisum; aliqui Sa-
 lomnem electum, alij reprobum; aliqui An-
 gelos ante Celos, alij post Celos creatos fuisse;
 & sexcenta similia: nisi ergo quilibet tem-
 erariè damnare velit semper improbabili-
 tatis oppositam sibi sententiam, dicendum
 necessariò est oppositam sententiam non tã-
 tum esse probabilem suis Patronis, sed etiam
 eam impugnantibus: ergo utraque contra-
 dictoria est simul probabilis propugnanti
 unam, & impugnanti aliam.

Confirmo duplici ad hominem argumen-
 to contra P. Eliz. cum enim ipse, ut etiam
 48. notavit P. Moyan. 30. supponat opinantem
 nec affirmare, nec negare absolute rem,
 (quod falsum est, ut dixi §. 1. *advert. 3. & 5.*)
 nam absolute mentaliter affirmat, aut negat
 rem esse, licet, quia illud iudicium includit
 formidinem oppositi, explicetur per voces,
Videtur mihi rem esse, aut non esse, sequitur,
 suppositâ hæc ejus doctrinâ, quod simul ita-
 re poterunt duæ opiniones contrariæ proba-
 biles; nam iudicium ex gr. S. Thomæ est,
Videtur mihi non esse necessariò confitendus cir-
cumstantias speciem non mutantem; iudicium
 Scoti est, *Videtur mihi esse necessariò confiten-*
das: sed in his propositionibus nulla est con-
 trarietas, vel contradictio, ut dixi §. 1. *ad-*
vert. 5. cum utraque sit affirmativa de modo:
 ergo hæc duæ opiniones (suppono autem
 utramque niti gravi fundamento) poterunt
 49. simul stare: ergo duæ illæ opiniones proba-
 biles poterunt simul stare. Alterum est, quia
 dum P. Eliz. *lib. 2. qu. 11. §. 4. pag. mihi 97.* P. Eliz.
 dicit, nullam in Authoribus tibi contradi-
 centibus esse præsumptionem veritatis in
 utrisque simul; vel per hæc verba vult,
 quod non nisi unus dicat absolute verum, &
 hoc verum est, sed non est ad rem, tum
 quia cõfundit probabilitatem cum veritate;
 tum quia non quæritur, an duæ opiniones
 contrariæ possint simul esse veræ, cum impli-
 cet utrûque esse veram, sed an possint simul
 esse probabiles: vel per ea verba vult, quod
 neuter dicat *probabiliter* verum; hoc autē di-
 ci non potest sine magnâ temeritate, & nisi
 dice-

dicere velimus, quod dum S. Thom. & Scotus sibi opponuntur, neutra opinio sit probabilis; ergo dum sibi opponuntur, uterque dicere potest probabiliter verum, utrumque enim contradictorium potest esse verisimile; alias nullus idiota assentiri posset Scotitæ, quoties illi Thomista opponitur; nullus Thomista, quoties Scotista opponitur; quia juxta P. Eliz. nullus ex Doctoribus sibi contradicentibus præsumendus est dicere verum. Addo aliud ad hominem contra Eliz. argumentum: Nullus Author, cui alter contradicit, præsumendus est dicere verum: ergo multo minus præsumendus erit ipse P. Eliz. dicere verum, quia non tantum quoad punctum præsens, sed quoad ferè omnia, quæ suo in tomo docet, ferè omnes habet sibi contradicentes. Cur ergo librum imprefit? Vel enim oppositas sibi sententias impugnat evidentibus, vel probabilibus? Non evidentibus, (quæ enim modestia hoc dicat!) ergo probabilibus. Vel ergo oppositæ a se impugnatae manent simul probabiles; & tunc habeo intentum, nempe quod duæ oppositæ possunt simul esse probabiles: vel non manent? hoc autem, quia ejus erit evidens, & aliena erit improbabilis; aut econtra: sed ejus opiniones non sunt evidentes, ut dixi; ergo ei oppositæ non erunt improbabilis; ergo opinio illius, & aliena erit simul probabilis. Sane si P. Eliz. audiens me dicentem ejus opinionem, quæcumque ea sit, esse mihi certo falsam, vix se jure merito continere posset, quomodo velit, ut nos contineamus audiendo doctrinam generalem, quod numquam duplex contraria possit eidem intellectui esse simul probabilis, & quod contraria propriè est cuique semper improbabilis? Ergo sanè doctrinam, quæ suadet, ut quilibet de se, & suâ opinione semper benè præsumat, de alienâ semper malè, diligere non possum.

N. 51. Probatur 3. argumento enervante doctrinam Adversariorum, qui dicere solent, quod nulla opinio in consortio sibi oppositæ suam probabilitatem retineat, adeoque neutram manere probabilem, quia una enervat probabilitatem alterius, & hæc illius mutuo ad invicem. Sed contra. 1. quia, ut dixi, probabilitas numquam tollitur per probabilitatem, sed tantum per certitudinem saltem moralem sententiæ oppositæ, vel per carentiam gravis fundamenti. Contra 2. quia, ut etiam dixi, neutra ex Universitatibus sibi contradicentibus diceret probabile, adeoque numquam audiendus esset S. Thomas, dum Scotus opponitur, numquam Scotus, dum S. Thomas opponitur; immò nulla opinio,

nisi sit evidens, (rarissima autem est) reduci poterit ad praxim, quia vix ulla est in materia hinc inde incerta, quæ non habeat oppositam probabilem. Contra 3. quia tantum abest, quod rationes unius partis enervent rationes probabiles oppositas, ut oppositum constet experientiâ; nam Philosophus, vel Theologus reflexè considerans utriusque fundamenta, vocat utramque partem probabilem.

Idem constat in quæstionibus Politicis, ait P. Carden. tom. 3. cap. 16. art. 2. quæro enim, an utilis sit Episcopum esse in Ecclesiâ perpetuum, an potius transire de unâ ad aliam? an Religio Generalis esse ad tempus, an non? In quibus quæstionibus constat Pontifices utramque partem, ut quæque probabilem, præcipuè cum non constet, quæ sit probabilior. Idem patet ex confessione P. Eliz. in quæstionibus Scholasticis; concedit enim Theologum posse modo unam, modo aliam tueri ex æquè probabilibus: si ergo in quæstionibus Scholasticis ratio unius partis non enervat rationem alterius, (si enim enervaret, intellectus neutri parti prudenter assentiri posset) quæro, cur in Moralibus contingat oppositum? quod enim probabilis ratio unius partis enervet probabilitatem alterius, non oritur ex materiâ, sive hæc, sive illa sit, sed à solâ vi intellectus solventis rationes utriusque; in quo casu manet dubius nulli parti assentiendo; vel solventis rationes probabiles partis oppositæ, & non solvendo rationes probabiles partis, cui assentitur.

Denique si ex consortio opinionum utraque opinio suam probabilitatem amitteret, omnis opinio moralis esset temeraria, vel certa: vel enim dum Theologus assentitur opinioni A, stante opinione B, oppositâ, assentitur cum gravi fundamento, vel non? Si non; ergo temerariè assentitur, quod dici non potest. Si ex gravi fundamento; quæro, an cum fundamento opinionis A, cui assentitur, sit etiam præsens fundamentum grave opinionis B, cui non assentitur, vel non? Si est præsens fundamentum oppositum, ergo non enervatur: si non est præsens, ergo omnis opinio moralis, cui quis assentitur, erit illi moraliter certa. Hoc scio, quod Theologi adeò certo credunt se habere fundamentum assentiendi directè opinioni, cui assentiuntur, ex. gr. affirmandi esse licitum, etiam stante fundamento gravi opinionis oppositæ pro non licito, vel econtra, ut non possum de opposito dubitare.

Confirmo exemplo ineluctabili. Certum est

est sapienter à Regno, Republica, & Ecclesia institutam contrarietatem Cathedrarum, quæ pinguis stipendijs, & privilegijs donari solent: ergo est æquæ certum, quod licet alterutrius Cathedræ doctrina sit falsa, utraq; tamen est simul probabilis. Consequentia probatur 1. quia utraq; Cathedra simili stipendio, & privilegio donatur: 2. quia si unus tantum doctrina esset probabilis, eo ipso alterius doctrina esset certo non probabilis, aut improbabilis; insipienter autem donaretur eodem stipendio, & privilegio doctrina improbabilis, ac probabilis: 3. quia si una tantum est probabilis in consorcio alterius, neutra erit probabilis, nam A non est probabile, stante B; ergo nec B, stante A. 4. quia dici non potest doctrinam S. Thomæ non esse probabilem in consorcio doctrinæ Scoti: 5. quia neutra Schola probat evidenter, & certo suam doctrinam, licet utraq; evidenter probet probabilitatem propriæ doctrinæ, seu propriam doctrinam esse probabiliter veram. Hoc argumentum est ad hominem contra Eliz. qui probat 2. p. lib. 6. qu. 13. per totam, institutas sapienter diversas Cathedras, & ex eo summi possunt plura contra eundem, quæ nos alibi dabimus.

N. Dices 1. Ideo in moralibus non licere eligere alterutram ex æquæ probabilibus, licet in Scholasticis, quia in Scholasticis rationes æquæ probabiles generant tantum dubium speculativum, in Moralibus autem practicum, cum quo non licet operari. Sed contra 1. quia hoc non est ad rem: ego enim quaesivi, cur in Scholasticis ratio unius partis non enervet probabilitatem alterius, enervet in Moralibus? Contra 2. quia si verum est, quod in Scholasticis rationes æquæ probabiles generant dubium speculativum, eo ipso intellectus nulli parti assentietur, sed suspendet omnem assensum: ergo falsum est, quod rationes æquæ probabiles in materijs speculativis necessario faciant intellectum speculative dubium: cum enim Theologus solvit rationes probabiles contrarias, & nititur rationibus faventibus suæ conclusioni, deponit omne dubium: ergo etiam in Moralibus, quoties adsunt rationes æquæ probabiles, & solvit contrarias, & nititur faventibus suæ opinioni, deponit omne dubium practicum. Contra 3. quia si licet in Scholasticis eligere alterutram ex æquæ probabilibus, nec probabilitas enervat probabilitatem speculativam oppositam, non video quomodo in Moralibus probabilitas A enervet probabilitatem practicam B, & quomodo non liceat eligere ex moralibus æquæ

probabilibus alterutram; non enim homo plus tenetur amare honestum, quam verum: ergo vel nullibi licet, vel ubique. Ex hoc solutum manet aliud discrimen, quod ab aliquibus indicatur, nempe quaestiones speculativas, etsi Theologicas, institutas puræ exercitationis gratiâ, quod egregie refellit P. Eliz. 2. p. lib. 6. qu. 13. §. 8. pag. mibi 262. si enim hoc verum esset, posset quilibet eo titulo omne falsum defendere.

Dices 2. quod cum Theologus uni parti N. adhæret, est, quia illi proponitur ut probabilior, ita ut ab eo probabilitatis excessu impellatur ad assensum, & deponendum dubium. Sed contra 1. ait P. Card. tom. 1. d. 15. num. 529. hæc responsio non est ad rem: nam M. Baro vult, quod quando opiniones sunt æqualis, aut altera est paulo maioris probabilitatis, generent dubium, & non possint movere ad assensum prudentem, ad quem tamen movent, quando una, ut loquitur Baro, infinitis partibus probabilitatis, vel ut loquitur P. Thyrs. Palanco, P. M. Thyr. Palanc. P. Mun. nief. quando una est longo excessu probabilior, opposita stante pro lege: ergo quoties una non excedit in probabilitate notabiliter aliam, numquam intellectus assentietur, quod est contra experientiam. Contra 2. quia utraq; motiva probabilia inter se collata, vel generant necessario dubium, & sic omnes T. T. peccabunt, quoties uni præ alterâ assentiantur; vel non? & tunc poterunt movere ad prudentem assensum. Nota autem N. inconsequentiam M. Baro, qui d. 2. sect. 4. 62. art. 1. docet rationes militantes contra certitudinem fidei, & stante credibilitatis evidentiâ, esse probabilissimas, fortissimas, & penè cogentes intellectum ad assensum. Mirabile dictum! Ecce concedit probabilitatem rationibus, stante certitudine pro opposito; & deinde vult hic d. 2. sect. 2. art. 2. §. 6. quod una probabilitas enervet aliam; in quo dicit contradictionem; si enim certitudo fidei, & evidentiâ credibilitatis ejusdem fidei non enervat per Baro probabilitatem, quam habere videntur argumenta opposita nostræ fidei, quomodo deinde vult, quod maior, aut æqualis probabilitas destruat minorem, aut æqualem probabilitatem? ut rectè P. Card. P. Card. n. 536. Hoc scio, quod S. Thom. in 4. dist. S. Th. N. 16. qu. 3. art. 2. propriam sententiam de non obligatione confitendi circumstantias aggravantes vocat probabilior: ergo cum probabilius sit relativum, relativa autem sint simul cognitione, sequitur, quod in intellectu D. Thomæ propria probabilior, & opposita minus probabilis simul fuerint: ergo maior, & minor probabilitas, & multo magis

magis duplex æqualis probabilitas sunt simul in mente opinantis; ergo non se destruant, si enim maius destrueret minus, non coexistere minus, quando existit maius, adeoque relativa non essent simul cognitione.

N. Alias rationes pro simultanea probabilitate trahit P. Moya tom. 2. qu. 2. §. 1. & 2. 64.
P. Moy. quoniam quam adducit ex Immac. Deiparæ Cōceptione, acriter, & quidem ad hominem urget, contra M. Baronium, & M. Mercor.
Baron. porro non utitur dicta ratione, quatenus supponat minus piam esse sibi probabilem, iudicat enim sibi certò improbabilem, ut ego quoque docui d. 1. n. 62. sed ad hominem utitur contra citatos Autores, opinantes minus piam esse probabilem, & ex hac eorum suppositione contra eos arguit, quod nos quoque prætabimus urgendo idem argumentum, in eos, qui minus piam tuentur probabilem, & refutando eorum responsa.

SECTIO II.

Argumenta P. Elizalde trahuntur, & solvuntur.

§. I.

Argumenta.

SUMMARIUM.

Quia alterutrum fundamentum non est grave, nec quoad se, nec quoad nos, n. 66.

Quia alterutrum est falsum, n. 67.

Paritas testium contradicentium, n. 68.

Quia fundamentum in se falsum, etsi quoad nos grave, caret probabilitate conscientie, n. 69.

Quia alterutrum fundamentum, cum sit in se falsum, est tantum grave ex ignorantia, n. 70.

Quia quò maior est apparentia fundamenti in se falsi, eò maior ignorantia, n. 71.

Quia non potest fundamentum esse grave, si caret respectu ad veritatem, n. 72.

Quia contradictoria possunt quidem esse simul probabilia diverso genere probabilitatis, non tamen probabilitate reali, & conscientie, n. 73. 74.

Triplex ejus contradictio, n. 75. 76.

Ait, nos posse sequi diversæ doctrinæ contradictorias, n. 77.

Ait, plus requiri ad probabilitatem conscientie, quàm excusare a peccato, n. 78.

Ait, duas contradictorias non posse simul esse extrinsecè probabiles, quia alterutri Doctores sunt ignorantes, & in contradicentibus Doctoribus nulla est præsumptio doctrinæ, adeoque

que nulla autoritas, à n. 79. ad 82.

Quia forma impossibilis cum aliâ est impossibilis cum similitudine ejusdem forme in utroque extremo; ex. gr. si sapientia convenit uni ex contradicentibus, non potest ignorantia esse simul in utroque, n. 83.

Quia evidentiâ falsitatis convenit alterutri, adeoque probabilitas veritatis non est simul in utroque, n. 84.

Quia possibilis etiam erit probabilitas simultatis, n. 85. 86.

Quia doctrinæ sanitas est veritas, & nulla falsa est a Deo Authore, n. 87.

Hac omnia ad hoc reducuntur, quod probabilitas est veritas, & sicut implicat simultanea veritas, ita simultanea probabilitas, n. 88.

Postquam P. Eliz. lib. 2. qu. 8. §. 2. pag. N. mihi 88. supponit tamquam communem 65. simam (immerito tamen, ut dixi, cum nostra ferè omnibus indubitata sit, & à me certò probata) suam doctrinam, quod duo contradictoria numquam proponi possint, ut proxime opinabilia, & assensu digna, quia vel fundamenta utriusque partis sunt æqualia, & sic nulli assensum possum, vel inæqualia, & sic teneor assensum probabiliori; tandem §. 3. ita

Arguit 1. Ex vero non nisi verum, & ex N. contradictorijs alterutrum est falsum: ergo 66. fundamentum alterutrius contradictorijs non est grave, nec quoad se, nec quoad nos. Consequentia probatur: Illud fundamentum non est grave, nec quoad se, nec quoad nos, quod evidenter scio esse falsum: sed scio alterutrum pro utraque contradictoria fundamentum esse falsum: ergo alterutrum fundamentum nec quoad se, nec quoad nos est grave. Confirmat 1. quia sicut evidens est alterutram contradictoriam esse falsam, ita 67. etiam evidens est alterutrum fundamentum esse falsum, si enim utrumque esset verum, cum ex vero non sequatur nisi verum, sequeretur, quod utraque contradictoria esset vera: ergo sicut implicat, ut iudicem veram utramque contradictoriam, quia alterutrius falsitas est evidens, ita etiam implicat me iudicare grave utrumque fundamentum, quia alterutrius falsitas est mihi indeterminate evidens.

Confirmat 2. Implicat ut uterque ex duobus 68. testibus sibi contradicentibus sit fide dignus, tum quoad se, tum quoad nos; esse non implicet, ut quilibet seorsim ab alio sit fide dignus quoad nos; nam esse fide dignum, est non fallere, & non falli: sed implicat, ut uterque neque fallat, neque fallatur: ergo implicat, ut uterque sit fide dignus, adeoque